



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

61. An qui vovit iejunare die Sabbathi, vel Feria sexta, teneatur ad id  
votum, si dies Nativitatis Domini venerit in his diebus? Et notatur eum, qui  
votum emisit non comedendi ova in sexta Feria, vel ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

autem qui intra Territorium sunt, non obligentur si sint exempti; diximus supra agentes de lege humana. Illud tamen restat declarandum, an persona Religiosæ obligentur legibus synodalibus ad totum Episcopatum se extendentibus? Pro resolutione adverte, Religiosos aliquos esse exemptos à iurisdictione Episcopali, aliquos vero non: ergo, si de exemplis loquamur, conclusio sit, eos non obligari eius legibus: patet, quia ad hoc maximè ordinatur ea exemptio. Secundò, quia Tridentinum *sess. 25. c. 12.*, tanquam singulare aliquid præcipit, ut in obseruatione Feitorum & censurarum Religiosi exempti obediant Episcopo; per quod supponit in ceteris non tenere, imo nec ante ad hæc duo fuisse obligatos. Tertiò, quia Religiosi exempti (ut constat ex c. 1. de privilegiis, in 6.) non tenentur Episcopo parere, nisi in casibus à iure exceptis; non excipiuntur autem à iure leges Synodales: ergo. Dices, Religiosi iure naturæ, tanquam pars communitatis, tenentur se conformare toti; ergo & obseruare has leges. Respondeo ex spē dictis, hanc conformatiōnem non obligare exemptos: alioquin & ille, cum quo dispensatur validè, teneretur etiam legibus; quia adhuc post dispensationem est pars eius communitatis. Vel si vis magis scholasticè respondere, distingue, Religiosi in eo puncto, in quo sunt pars, tenentur se accommodare; admitto Antecedens: in eo, in quo non sunt pars; nego Antecedens. Vnde nego Consequentiam, quia in ordine ad has leges, eo ipso, quod exempti sunt, iam sunt quasi à ceteris separati, iam non sunt pars. Fortasse aliquando, ratione scandali, tenebuntur aliquas obseruare, verbi gratia si imponantur ieiunia; populus enim valde scandalizaretur, si dum ipse ieiunat, videat Religiosos, quos iudicat adhuc magis ad id obligatos, non ieiunare; at hoc est per accidens; & solum obligabit in publico, non in occulto. Hucque Atriaga: ex cuius doctrina sequitur, quod sicut Regulares exempti non tenentur legibus, nisi in casibus expressis; neque tenentur Conuentudinibus: quia ut vobis est, Confuctudo non est maioris efficaciae quam sit lex Concilij, & Synodi Ordinariorum; vnde si talis lex non obligat Religiosos, nec etiam obligabit Confuctudo. Hinc deducitur, quod Regulares non tenentur ad ieiunia Provincia, quando obligant ex generali consuetudine Provincia; etiamsi conuentudo confirmata sit in Synodo Provincialis; quia non subduntur Constitutionibus Synodalibus. Militat enim eadem ratio, quia neque tota Provincia potest concedere leges obligantes Regulares, cum non sint subiecti potestati ipsius; atque adhuc nec dare vim consuetudini ad ipsos obligandos.

*Cursim in Ref. que hic est sup. 40. in fine & magis latè in Ref. 45. & hic supra in §. 65. firm, huius Ref. breuiter in princ. & prope finem, §. Videndū.*

4. Verum his non obstantibus, ego olim cursim affirmatiæ sententiæ adhæsi, quam nouissimè tenet Pellizzarius in *Manuali Regulari*, tom. 1. tr. 4. c. 5. n. 5. o. vbi sic ait: Quæres, an Regulares in suis Monasteriis teneantur seruare ieiunia per consuetudinem inductam in ea Provincia, Oppido, aut loco, in quo ipsi degunt per dominum dominij? Respondeo teneri, si consuetudo sit generalis, id est communis, tam Clericis, ac Religiosis, quam Laicis: sic enim illa ieiunia sunt omnibus communia, & moribus omnium ibi habitantium comprobata, id est que debent ab omnibus seruari, etiam à Regularibus, quippe qui sunt partes talis communitatis, & vt tales debent concordare cum suo rito, iuxta illud: Turpis est pars, quæ non concordat suo toto. Secus, si consuetudo sit tantum Laicorum, aut Clericorum: tunc enim Regulares non tenentur ad ieiunia taliter inducta; cum illi plures habeant abstinentias, ac ieiunia, quæ non habent Laici, aut Clerici, id est que debent seruari, ut illorum ieiunii non supergrauerentur, quorum consuetudinibus non liberantur à ieiuniis propriis Ordinis iuxta illud: Quos non honoro, nec onero; & quos honoro, grauo. Ita ille; qui

citat, Fagundez, Reginaldum, & Azorium. Idem docet Merolla, tom. 3. disp. 5. dub. 5. num. 36, qui citat Paludanum, Rodriguez, & Portel. Idem docet Lezana in *Summa*, tom. 1. cap. 14. num. 13. Boillus in *Inibao*, sect. 4. cas. 18. numero 32. Peyrinus de *Prælegiis Regul. quæst. 1. cap. 8. num. 22. Trullench in Catalogum*, tom. 1. lib. 3. cap. 7. dubio 5. num. 12. Tamburinus, tom. 2. disputat. 12. quæst. 3. num. 1. Villalobos in *Summa*, tom. 1. tract. 23. difficult. 5. num. 5. Hieronymus Rodriguez, resolut. 75. num. 18. Notarius, verb. *Ieiunium*, num. 1. & alii. Non antenior namen Merolla assertent, opinionem negantur esse falsam: nam puto non carere sua probabilitatem; licet ego, ut dixi, affirmatiæ sententiæ adhæream.

## RESOL. LX.

*An Regularis voulens ieiunare satisfaciat, si ieiunum secundum morem Monasticum, vel teneat ieiunare secundum morem Ecclesiastici?*

Et ieiunium indicatum à Confessario, nisi contrarium explicet, an semper sit Monasticum quod Regulari fecerit autem quod secularis? Ex p. 7. tr. 11. & Milc. Resol. 24.

**S. I.** Iohannes Caramuel, quia est vir acutissimi ingenii ponit hoc dubium in *Reg. de Bened.* disp. 11. n. 1613. & sic respondebit: Primum, si quis Monachus voleat aliqua die ieiunare, & non determinet formam ieiunij, intelligendus est voulisse ieiunum iuxta formam Monasticam.

2. Secundò: Ieiunium indicatum à Confessario, si contrarium explicet, aut mens ipsius aliunde certe cognoscatur, semper est Monasticum. Liquet, quia in ambiguis debet præualere benignitas. Ita illyndre secundum hanc opinionem, si quis ex nostra religione voulere ieiunare, & non determinar, velle ieiunare secundum morem Ecclesiastici, satisfacret votu si ieiunaret, secundum morem ieiuniorum nostra Religionis. Sed posset aliquis dicere Doctores communiter assertare, vota ieiunij imposita à Confessario, vel emissa à voulente intelligenda esse, & obseruanda secundum morem Ecclesiasticum. Verum respondebit Caramel, Doctores loqui de Laicis qui non habent alla ieiunia nisi Ecclesiastica, fecerit autem dicendum videtur de Regularibus, qui habent ieiunia Ecclesiastica, & Monastica: Ideo tu cogita.

## RESOL. LXI.

*An qui voulit ieiunare die Sabbathi, vel Feria 6. teneat ad id votum, si dies Nativitatis Domini veneri in his diebus?*

Et notatur eum, qui votum emisit non comedendi vena in sexta Feria, vel die Sabbathi posse comedere carnes in die Nativitatis Domini, si in eis accidenter celebrari. Ex p. 1. tr. 9. Ref. 22.

**S. I.** Affirmatiæ sententiam docet Suarez, de *Sanctis relig.* tom. 2. lib. 4. cap. 20. numero 7. Postea in add. ad dub. reg. verb. *ieiuniorum*, num. 9. Philiarch. de off. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 5. cap. 25. Sanchez in sum tom. 1. l. 4. cap. 11. num. 61. Villalobos in sum tom. 1. tr. 23. diff. 2. n. 6. Barth. à S. Fausto in *theologia* l. 1. q. 14. num. 2. Vasquez in p. 1. disp. 20. c. 4. n. 26. Syntech. verb. *ieiunium*, n. 27 q. 10. Ortiz in sum. c. 19. n. 21. Reginaldus tom. 2. l. 18. c. 20. n. 290. Bonacina de leg. disp. 1. quæst. 1. pumpl. 6. num. 9. Paludanus in 4. diff. 30. quæst. 3. art. 4. concl. 4. Hieronymus Llamas in sum. part. 3. c. 5. §. 28. Homo

Homonobus de Bonis *in exam. Eccl. p. 1 tr. 5. c. 9. q. 60.*  
Molefitus *in sum. tom. 1. tr. 11. c. 14. n. 67.* Sayrus *in clau-*  
*reg. lib. 6. o. 8. n. 11.* Et ratio est: quia ita clare habetur  
*in c. fin. de obser. ieiuniu. ibi:* [Qui nec voto, nec regulari  
obedientia lumen adstricti, in sexta feria, si festum. Na-  
tuitatis Dominica die ipso venire contigerit, carnis  
proper festi excellentiam vesci possunt, secundum con-  
futendum Ecclesiae generalis.] Vbi vide etiam Gloss.  
Hoffensem, & Ancharam.

1. Hac sententia est probabilis. Sed contrarium non  
minus probabile existimabo, quam docet doctissimus  
Molin *tom. 1. disp. 272. n. 3.* vbi sic sit: [Si Deo voti-  
fi omnes sextas ferias anni ieiunare; eoque anno dies  
Nativitatis Domini sexta feria celebretur, in qua om-  
nes fideles carnis vescentur; ad iudicandum, an in  
ea die nihil impedito voto, possit carnis velci, &  
non ieiunare; interrogandus es, an si dum votum emi-  
ti, rabi occurrit, eo anno festum Nativitatis inci-  
derit in diem Veneris, cum diem exceperis? quod si af-  
firmaveris responderes, certe non teneris ieiunare: si  
autem trepidus, scrupulosusque, ac timoratus conscientia  
plas iusto lis, arbitrio prudentis iudicandum est,  
non teneti ieiunare; neque enim credendum est, te co-  
de vultu a carnis abstinere, & esse singularem,  
cum familia onere, in piscibus tibi soli parandis.] Ita  
Molin. Quem postea lequatus est ex eadem Societate  
hact. *tom. 1. l. cap. 20. q. 3.* & nouissime Fagundez de  
Pra. Eccl. *n. 4. l. 1. c. 6. num. 6.* qui tenet hanc senten-  
tiam, non ex ei fundamento, vt volebat Molin. &  
Azor, quod si cogitasset, non voulisset ea die ieiunare;  
sed, quia, quando non constat de intentione expressa  
vouentis ieiunium, votum Iesu accipendum est iuxta  
morem Ecclesiae. Sed mos Ecclesiae est, vt non ieiun-  
etur, & vt carnes comedantur in die Nativitatis Do-  
mini, etiam veniat in Sabbathio, vel in feria sexta.  
Ergo &c.

3. Et idem hanc opinionem, etiam Authores con-  
trarii probabiles vocant, vt Bartholom. a S. Fausto  
in thes. Relig. l. 1. q. 15. 4. num. 2. Bonac in leg. disp. 4. q. 2.  
p. 6. num. 9. cum aliis: & post haec inueni hanc op-  
inionem etiam docuisse Rodriguez *in sum. tom. 1. cap. 25.*  
q. 6. vbi sic affirmit. [A el que hizo voto simple de ayu-  
nar los viernes, le deuen preguntar, si tuuo intencion  
expresa de ayunar en este dia, aunque cayesse en vieri-  
na la Natividad, porque si no se acorda de esto, no esta  
obligado a ayunar, atento que si se acordara, verisimil-  
mente se ha de creer, que no fiziera voto de ayunar en  
dia tanca Festividad.] Hac ille mutans opinionem  
contraria, quam docuerat antea *in quasi. regul. tom. 3.*  
q. 4. art. 3.

4. Reflat modo respondere ad argumentum contra-  
rium ex cap. fin. de obser. ieiuniu. Dicò igitur, illum cano-  
nem intelligendum esse, quando voulens expresse in-  
clauderet in suo voto diem Nativitatis Domini, vt sup.  
dum est, & omnes consentiunt: non igitur loquitur  
in causa quo voulens nihil de tali die cogitaret: nam in  
suo casu sufficienda est sententia contraria. Et ita ego  
lenio, & sape in praxi consului, Notandum est etiam  
contra aliquos DD. quos citato nomine carpit Sylvest.  
cor. Ieiuniu. num. 7. cum, qui votum emitit non co-  
medendi ouia in sexta feria, vel die Sabbathi, posse co-  
medere carnes in die Natales Domini. Vide Regin. in  
praxi, *tom. 1. l. 4. c. 13. sect. 1. n. 146.*

## RESOL. LXII.

An Religio suu, vel quisius alius, qui tenebatur ieiunare  
eg. Feria 6. in qua occurrit Vigilia alterius Sancti, si  
non ieiunet, peccet dupliciter?  
Ex qua inferius, quod Religiosus Franciscanus, si non ie-  
juniu. Tom. 1. V.

iunet in Feria 6. etiam si Vigilia tantum vnum pec-  
catum committit; & idem dicendum est de aliis cas-  
ibus.

Et quid est sentendum si Prelatus in virtute sancte Obedi-  
entia praecipit Religioso v.g. ieiuniu in Vigilia ali-  
cuius Sancti, vel alterius ieiuniu? Ex pars. 4. tract. 4.  
& Misc. Reg. 8;

5.1. **A** Firmatam sententiam communiter do-  
cent, Vasq. *in 1.2. disp. 98. c. 2. num. 7.* Merolla  
in disp. Theol. *tom. 1. disp. 2. c. 7. corollari. 6. a. 126.* & alii,  
qua in talis casu frangitur duplicitas virtutis praecipuum,  
alterum temperantia ex pracepto Ecclesiæ, alterum  
vero religionis, nam ex voto tenetur regulam ob-  
seruare.

2. His tamen non obstantibus non reticemus, contra-  
riam sententiam docere Petrum Cornejo *in 1.2. D.Th.*  
*tr. 7. q. 71. disp. 5. dub. 8. n. 10.* nisi transgrediarum votum  
ex speciali inobedientia qua velit non subici regulæ,  
aut Superiori. Unde Gratian. *q. 186. art. 4. §. dicitur ad*  
*hoc:* docet quod si Religiosus transgreditur praecipita Sup. hoc ib.  
Dei, vel Ecclesiæ, quæ praecipiuntur sub peccato mor-  
tali in sua regula, non propterea licet infeste peccasse res, potest  
duplici peccato, aut uno habente circumstantiam al-  
terius peccati. Additum quod regula potest praecipere talia ieiunia, inquit praecipit propter idem motuum, pro-  
pter quod praecipit Ecclesia, ergo cum ibi non sit du-  
plex motuum, non erit nisi vnum peccatum, & idem  
est in aliis, nam Religio cum praecipit ieiuniu suis  
Religiosis, nihil aliud intendit, quam virtutem tem-  
perantia, quod idem vult Ecclesia, ac proinde cum  
Religiosus non ieiunat contra praecipuum sua regulæ,  
non committit nisi vnum peccatum, ac si tale ieiunium  
semel tanquam esset praecipuum, quod confirma-  
tur, quia regula in suis praecipiis nisi exigat specialiter  
obedientiam, solum intendit virtutes in particulari  
iuxta materiam praecipiam ad ipsam obedientiam fol-  
lum generaliter; ergo qui peccat, non committit du-  
plex peccatum, nam illa obedientia est circumstantia  
generalis qua reperitur ibi, sicut in omnibus aliis pec-  
catibus. Secus autem dicendum est si Prelatus in virtute  
sancte Obedientie praecipiat Religioso, v.g. ieiuniu,  
nam illud non praecipit solum sub ratione temperan-  
tiae, sed etiam sub ratione voti obedientiae, & idem trans-  
gressio illius est duplex peccatum, contra temperan-  
tiam, & contra obedientiam, quæ in particulari exigitur.  
Igitur in illo casu Religiosus committit duplex  
peccatum specie distinctum si à regula, vel Prelato  
exigatur obedientia specialiter; secus autem si non exi-  
gatur, quia sapientia regula in suis praecipiis habet mo-  
tuum, quod Ecclesia in suis, hinc est quod Religiosi Sup. hoc ib.  
Franciscani, si non ieiunant in sexta feria, etiam si trahi, in di-  
vulgilia, tantum vnum peccatum committunt, & idem  
dicendum est de aliis casibus, & hæc omnia dicta sunt res, post me-  
secundum mentem Petri Cornejo, vt ipse docet vbi diuin. à vers.  
ex his, &  
sup. in princ.  
huius §.

## RESOL. LXIII.

An si quis violat duo ieiunia ab Ecclesia indicta in unum  
diem incidentia, peccet dupliciter?

Idem est de auditione Missæ, & cessatione ab operibus ser-  
viliis.

Et an saltem talis transgressio præceptorum sit circumstan-  
tia in confessione aperienda?

Et quid si concurreat ieiuniu indictum ab Ecclesia, &  
voto?

Et infertur Monachum D. Francisci peccare dupliciter,  
si in die Veneris quo incidit vigilia non ieiunet.

Et queritur, an Religiosus Dini Francisci teneatur ad

V 3 Regula